

DISPUTATIO  
Philosophico- Philologica  
*De*  
**MORBI S ET**  
**DOLORIBUS**  
**MESSIAE**

*Ex cap. LIII. Esaiæ*  
**Contra Isaacum Abarbanelum Judæum.**

*Quam*

*Sub PRÆSIDIO*  
**MAGNIFICI DN. RECTORIS**  
*VIRI*

*Amplissimi atq; Excellentissimi*

**DN. PAULI SLEVOGTI,**

Ebrææ & Græc. Ling. P.P. Facultatis Philosophicæ h. t. Decani, Præceptoris & promotoris sui cum observantiâ ætatem suspiciendi,

*Publico Examini*

*EXPONIT*

**JOHANN - LEONHARDUS Schöppf/**

Gvonsidliensis.

*ad d. XXI. Martii*

In Auditorio Majori

---

JENÆ

Literis GEORGI SENGENWALDI,

*Anno M. DC. IL.*



58700 (3)

כהנויות

I.



Rophetiam, quam *Esaia* à versu 13. Cap. 52. usq; ad finem Cap. 53. edidit, de non alio, quām Messiā, ejusq; passione ac morte, intelligendam esse, Christiani nihil dubitant. Et hoc tam manifestè liquet, ut istud etiā *Talmudistæ* concederint & veteres Rabbini. nam in *Gemarâ* מסכת סנהדר' qvū de Mes-

siā quæritur: quod est ipsi nomen? id datur responsi:  
רְבִנֵּנוּ אָמַרְיוֹ חֹוֶרֶא רְבִי רְבִי שְׁמוֹ שְׁנֵי אֲכַזְּחָלִינוּ הָוּא נְשָׂא  
וּמְכַאֲבִינוּ סְבָלָם וְאַנְחָנוּ חַשְׁבָנוּהוּ נְגֻועַ מָכוֹחַ אֱלֹהִים  
וּמְעוֹנָה. *Magistri nostri dicunt, quod nomen ejus sit, leprosus de domo*  
*Rabbi. Quia dicitur: verè morbos nostros ipse tulit, & dolores no-*  
*stros bajulavit. at nos reputavimus ipsum plagā (leprā) affectum, per-*  
*cussum à Deo & humiliatum. Ubi v. 4. c. 53. ceu patet, ad Mes-*  
*siam applicatur, & nomen ejus, חַנּוּנָא h.e. leprosus, ex eo*  
*statuitur, quia נְגֻועַ dicitur, à נְגַע lepram aliquando signifi-*  
*cante. Et Aben Ezra, etsi in פִי ad h. l. fluctuat ac difficultatem*  
*magnam agnoscit; tandem tamen consensum veterum Ebræ-*  
*orum cum Christianis non difficitur: על נְרְבִי פִירְשָׁוּהוּ*

מִשְׁיחַ. בְּעֹבֵר שָׁאמַרְוּ קְרָמָנוּןּוּ זֶל כִּי בְּיוֹם שְׁחַרְבַּת בֵּית  
הַמִּקְדָּשׁ נָוְלָד מֶשֶׁיחַ multi exponunt de *Messiā propterea*, quod  
Majores nostri, pie memoria, dixerunt, eo tempore, quo domus  
sanctuarij desolata est, natum fuisse *Messiam*.

II. Nihilominus tamen recentiores Rabbini totam Prophetiam hanc de populo Israelitico intelligunt, & quidem secundum eum statum, in quo inde à desolatione Urbis ac Templi versatur. Sic enim *Abarbanel*, in scribit:  
חַבְמִי הַנּוֹצְרִים פִּירְשׁוּ עַל אָהָוָה אֲיַשׁ שְׁתַלוּ בִּירוּשָׁלָם בְּסֹתָף  
פִּיהָ שְׁנִי שְׁחִיתָה לְרוּתָם בְּנַהֲלוּהָ יִתְשַׁגְּשָׁם בְּבַטְּן הַעַלְמָתָה:  
אַבְלָ

אבל רשי והר' יוספ קמחי ובנו הרב רבי דוד קמחי כלם  
פה אחר פירשו הנבואה הזאת כלה על כשייח':  
*Doctores Christianorum explicant hoc de isto viro, quem suspenderunt Hierosolymis, circa finem domus secunde, qui fuit secundum eorum opinionem Filius Dei & assumit humanam naturam in utero virginis. Sed R. Salom. Jarchi & R. Joseph Kimchi, & Filius ejus R. David Kimchi, omnes, uno ore explicant Prophetiam hanc de Israele.*

III. Quatruplex autem damnum heic prædici ait, qvo  
Judæos à Gentilibus affectum iri in exilio suo, Propheta præ-  
הآخر מין הרעות הגופנית שהוא עושים ומכבים  
להם ועל זה אמר אבן חילינו הוא נשא ומכובינו סבלם  
Primam speciem, inquit, malorum corporalium, quibus Ethnici  
affixerunt Judæos, illis exprimunt verbis, quando dicunt: verè  
morbos nostros ipse (Israel) portavit & dolores nostros bajulavit,  
morbos nempe, quos illi Nos intulimus & dolores, quos causavi-  
המין השני מהרעות: 4. 5. 6.  
שהיו מקבלים במשמעותם מהור המטדים וארכוניות והגול  
והעושק שהיה ישראל עשוק ורצאכל הימים ועל זה אמר  
בגש והוא נענה כי נגש הוא במנון ונחבור אם כן ייחד שני  
מין הרעות במנון ובגוף ועל זה אמר נגש והוא נענה  
בלומר גול ועשוק בהיותו נענה בגוף ועם כל זה לכא-  
יפחה פיו אבל היה כשהיה לטבח יכול שילוכו אותו להרגו  
ולא יצחק כן היי ישראלי סובלים הרעות הגופניות ושותקים:  
*Secunda species malorum eorum est, quæ Israel accepit non amplius in corpore, sed potius in facultatibus, dum tributis, decimis, rapinis & fraudibus oppressus atq; fractus est, omnibus diebus suis. Et huc respicit Propheta, qvum dicit: oppressus fuit & ipse afflictus. quia oppressus fuit ex actionibus facultatum suarum, & sociatæ sunt eâ ratione simul & semel duæ malorum species, quarum una facultates, altera corpus concernit. Propterea dixit: oppressus est & ipse afflictus, q. d. spoliatus est & oppressus ex actionibus, qvum jam tum satis esset afflictus in corpore suo. & in his omnibus non aperuit os suum, sed fuit sicut agnus ad mactationem adductus. Ut enim*

enim agnus, dum abducunt eum, ut mactent, nullam vocem edit :  
הכין השלישי Israel mala ista portavit וְ filuit, v. 7. Porro  
סִדְרוֹת הַגָּלוֹת הַוְאָשָׁל אֲחֵיה בְּיִשְׂרָאֵל מֶלֶכְוֹת זֶלֶת מִמְעוֹלָה  
וְרַאשְׁבָּט מִשְׁפָּט וְעַל זה אמר באמת מעוזר וממשפט לוקו.

Tertia species malorum, quæ Israel in Exilio perpetitur, ea est, quod  
Israel neg<sub>z</sub> Regnum amplius, neg<sub>z</sub> dominatum, neg<sub>z</sub> sceptrum judici-  
ale habet. Et de hoc Propheta loquitur, à dominio, inquiens, atq<sub>z</sub>  
עַצְר הָוּא מֶלֶכְוֹת וְמִשְׁפָּט הוּא  
מִשְׁפָּט נִיל aliud, quām Regnū, per עַצְר per synedri-  
um indicatur. Deniq<sub>z</sub> הַמִּין הַרְבִּיעִי מִהְרָעוֹת שְׁסִבְלוֹ יִשְׂרָאֵל ;  
בְּגָלוֹת כֵּי גַם אַחֲרֵי מַוְתָּם וּקְבּוֹרָתָם הֵיו רְשִׁיעָה אָוֹמוֹת  
בְּאַיִשְׁן לִילָּה וְאֶפְלָה מַזְלָיאִים אֲוֹתָבָשׂ מִקְבְּרִיהם כְּדִי לְגַזּוֹל  
תְּנִרְכִּיהם וּלְחַרְפּ וּלְגַרְפּ גּוֹפּוֹתֵיהם וּבְפְרַט אֲסֵהָה הַיְהוּרִי  
עִשֵּׂר : שְׁחִינוּ חֹשְׁבִּים . סְכָלִי הָאוֹפּוֹת שִׁירֵד אַחֲרֵיו  
כְּבָבוֹר וְעַשְׂזָנוֹלְבָן הֵיו מְשֻׁלְכִּים אֶתְהָוֹתָם מִקְבְּרוֹ כְּפָגָר  
Quarta species ma-  
lorum, quæ Israelitæ portarunt in exilio, est, quod etiam, qum  
mortui fuerunt ו sepulti, impii Gentiles eos noctu ו in tenebris  
extraxerunt è sepulcris suis, ו non solum indumentis suis spolia  
runt, sed etiam corpora eorum dehonestarunt ו ignominia affe-  
runt. Et in particulari vel speciatim, si Judæus fuit dives, persuasū  
babuerunt stolidi Gentiles, unā cum ipso descendisse quoq<sub>z</sub> glori-  
am ו divitias ejus. Projecerunt igitur eum è sepulcro suo tanquam  
cadaver contemptibile, ut coram sole jaceret nudus.

IV. Quod primam malorum speciem attinet, ea desu-  
mitur potissimum & probatur ex v. 4. Is autem sic habet :  
**אָכְנָן חַרְבָּנוּ הָוּא נִשְׁאָן וּמְכָאוּבָנוּ סְכָלָבָן**  
de morbis & doloribus corporis, verbum autem auferendi significatione  
accipiunt, ut sensus sit : morbos & dolores à corpore nostro  
abstulit & sanavit. Cujus interpretationis fundamentum ex  
Evangelio petunt. Mattheus enim, qum c. 8. v. 15 aliquot  
morborum genera recensuisset, quæ Christus sanaverat, mox

id factum esse addit., ὅπως πληρώθῃ τὸ μῆνεν Αγρούστης  
παραφήτης. Unde constare videtur, Esaiæ locum de corporis lan-  
guoribus, quos Christus in aliis sanavit, ipse autem nequa-  
quam in se fere sustinuit, intelligendum esse, nec trahendum ad  
peccata vel morbos animæ.

V. Alii autem omnes pro certō habent, de spiritualibus  
Messiæ beneficiis potius heic agi, quam de corporalibus, aut  
de miraculis, quæ in sanandis ægrotis edidit, ut ita eo sensu  
morbos nostros portasse dicatur, quatenus peccata nostra per  
imputationem in se suscepit, eaque passione ac morte suâ pro  
Nobis expiavit. Et hoc modo Græcos etiam hunc locum in-  
tellexisse, ex versione eorum liquet. Sic enim reddunt: γέτε  
τὰς αἰματικὰς τημῶν φέρει καὶ τημῶν ὀδυνάτας. Quod verò  
Matthæus hoc vaticinium allegat, ubi de corporis languoribus  
agit, non aliâ fieri ratione dicunt, nisi quatenus corporis illa  
sanatio eô spectavit, ut animi quoque morbi sanarentur.

VI Hæc Christianorum sententia est, quam propterea  
referendam duximus, ut nunc Rabbinorum vanitas & ine-  
ptiæ tantō faciliter patescant, qui de populo Israelitico heic  
agi, eumq; nostros Gentilium morbos portasse credunt. Qua-  
re autem & quomodo portarint, ut explicaret AbenEsra in  
אנחנו היינו מחלאים והוא היה נושא פ' in  
ad h.l. ita scribit: מכאובינו שהיינו מכאים אותו היה סובל ubi gentiles  
inducit hoc modo loquentes.: *Nos iij sumus, qui ægrum effeci-  
mus Israelem & Israel portavit morbos nostros. Nos iij, qui eum do-  
lone affecimus & ipse bajulavit.* Qui sermo qvum ambiguus sit,  
ut non omnino liqueat, an de causâ Physicâ loquatur, an verò  
de morali, paulò post subjungit: *השׁב הכהו וענחו* : ראיין לבוא עליינו בעבר כי  
*עד הנכון שהחליהם ראיין לבוא עליינו בעבר כי*  
*תורתינו הכל הברך ובאו עלה ישראלה שתוורתם*  
*חליהם ראיין לבוא עליינו* *הורה אמיִתָּה*: Deus percussit Israelem & affixit eum,,  
quousq; ordinatum fuit; quippe morbi, quos conveniens erat, veni-  
re super nos, propterea quod lex nostra tota nil nisi vanitas, vene-  
runt super Israelem, cuius lex est lex veritatis. Quod eodem mo-  
do etiam R.Sal. Jarchi exponit: *הוּא נשְׁאֵן* morbum, quem super Nos venire par erat, ipse porta-  
vit.

*vit. Qvibus id voluisse videntur, Gentes, quod tam atrociter  
puniti sunt Judæi, causam extitisse in genere morum, & in ra-  
tione culpæ sic se habuisse, ut, nisi illæ peccassent, Judæis  
non fuerit luendum.*

VII. Cujus asserti vanitatem videns *Abarbanel*, ut ostendat acumen suum & quod plus sapiat cœteris, contraria via incedit, & Gentiles affirmat, calamitatum, quas Judæi perpessi sunt, causam extitisse in genere physico. His enim verbis non solùm *AbenEfram*, *R. Sal.* atq; alios tacite perstringit, sed suam etiam exponit sententiam: **אָכַן חֲלִיוֹנוּ הוּא**: *inquiens*, **נְשֵׁא וּמְכַאֲבִינוּ סְבִלָּמוּ זְפִרְיָה** הכתוב **הוֹרָה** זאמתתו אצלי איתנו דבריו המפרשים כי כנו חליינו ומכאובינו אינו לאומורא, לפי שהם היו הרואים להוירת חולים ונכאבים אבל עננו שהפעולות בעמים יוחסו לפועלים אותם ופזמים יוחסו למקבלים אותם ולכן נאמר שמעתי את תפלך הפלורה לעני לפי שהען והמתפלל הוא פועל התפללה ונאמר והביאותים אל הר קרש ושהתאים בכירת התפלתי שייחס התפלה לשא לפי שהוא מקלט אתה וכן אתה הוא מלכי אלהים שלך המלך המכולך עליו ונאמר ואני נסכתו מלכי רוזה לומר המלך שהמלכתי אני תחרץ זורי וכן במחברת סודות ועפורה בעמים מיחס אותה לעל הפועל אותה ונאמר במחברת אלהים ופעם על המקובל במחברת סודות ועפורה כן העין בחליינו ומכאובינו אפשר שיהיה הכנויו למקובל חלי ומכאוב והויא החולה חוליות אשר כנו ואפשר שיהיה הכנוי לפועל החולי ומסבב אוזו וכפניע שזכר למעלה איש מכאובות וודוע חוליו שנאמר על ישראל יבואו המלכים והאימרים להם עתה מי היה הסבה להיות ישראל בגלות חולים ובעל מכאובות ואמר אכן חליינו הוא נשא רל בלו ספק חוליות שזאת נשא בගלות אנחנו תיינו סבתה ומכאוביים שסבלו היו מכאובינו רוצח לומר כאבים נמשכים: *Propheta dicit: קָרְבָּן אֱלֹהֶם וּפְסֻבְּבֵיכֶם פְּנֵי*

*Vere*

Verè morbos nostros ipse portavit & dolores nostros bajulavit, expositio scripturae hujus & veritas, mēa quidem sententia, non est, uti communiter volunt Interpretes; quoniam relativum in **חֲלִילָנוּ וְמַכְאֹבֵינוּ** non est referendum ad Gentiles, quasi illi fu- erint digni, qui ægrotarent atq; dolerent: sed ita potius res habet, quod actiones interdū respiciunt & denominant agens, interdum respiciunt & denominant patiens. Atq; ita dicitur: audivi oratio- nem tuam. Ubi actio refertur ad agens, oratio ad orantem. Dicitur etiam: adducam eos ad montem sanctum meum & latificabo eos in domo orationis meæ (Ez. 56. v. 7.) ubi actio, nempe oratio refer- tur ad Deum, qui est objectum ejus. Sic quoq; quum dicitur: Tu es Rex meus, Deus, [Psal. 44. v. 5.] sensus est: Tu es Rex regnans super Me. Et si dicitur, Ego unxi Regem meum, [Psal. 2. v. 6.] Perinde est ac si dicatur, unxi Regem, quem regnari feci sub Me. Eodem etiam modo [Jer 49. v. 8.] secundum subversionem Sodomæ & Gomorrah; actio refertur modo ad agens, modo ad patiens: ad agens, si dicitur, secundum subversionem Dei: ad patiens, si dici- tur, secundum subversionem Sodomæ & Gomorrhæ. Non aliud se res habet cum **חֲלִילָנוּ וְמַכְאֹבֵינוּ** [apud Prophetam.] Possum enim interpretari, quod affixum respiciat patiens vel subjectum, quod morbum & dolores suscipit, ut sit ægrotans morbis, qui ab iis denominatur ægrotare & dolere. Possum etiam interpretari, quod affixum respiciat agens vel eum, qui morbum causat. Id enim, cuius Propheta superius meminit, vir dolorum & expertus mor- bum, quod de Israele dictum fuit, nunc explicant [Gentilium.] Reges, & duci, quis Ille sit, qui causat, quod Israel in exilio ægro- tet atq; doleat. Verborum enim, verè morbos nostros ipse tulit, hic est sensus: absq; dubio morborum, quos ipse tulit in exilio, Nos causa fuimus, & dolores, quos portavit, fuerunt dolores nostri, hoc est, fuerunt ipsis attracti & causati à nobis.

VIII. Ea igitur Abarbanelis est sententia, quod, **חָאֵשׁ**, vir ille, de quo Propheta agit, non sit alius, quam populus ju- daicus; Deinde quod morbi atque dolores, quibus Judæi sunt obnoxii, dicantur nostri, quia Nos eorum causa sumus: De- nique quod morborum ac dolorum nomine, per quandam Metaphoram, calamitates sint intelligendæ, quas Nós Judæis afferi-

afferimus. Et hanc sententiam suam superstruit principio Philosophico, quod actiones referantur tam ad agens, quam ad patiens & modô hoc denominent, modô illud.

IX. Patescent hominis nugæ, si principium istud, quantum opus est impræsentiarum, explicuerimus. Sciendum itaq; I. quod actio & passio à parte rei sint idem motus vel idem actus, sicuti docet Aristot. 3. phys. c. 3. t. 18. An autem ratione distinguantur, in ordine ad diversa connotata, ut ita habeant diversos conceptus formales, quemadmodum docet Aristot. c. l. τὰν τὸν, inquiens ἐν μὲν ἐστιν, οὐ μὲν τι λόγος, unum quidem sunt, ratio tamen una non est: & prolixè probat Svarez Disp. Metaph. 49. sect. 1. An verò ne ratione quidem distinguantur & ita formaliter idem sint, ut unum duntaxat conceptum formalem habeant, sed cum duplii denominatione, quemadmodum acclive & declive formaliter idem sunt, & unum conceptum habent, qui ascendi exprimitur nomine acclivis, descendendi nomine declivis, sicut contendit Mendoza Disput. Metaph. 16. sect. 4. istud ad hanc causam, quam quidem nunc agimus, nobis perinde est, & sufficit, si constet, quod idem ille motus ab agente emanans, quatenq; subjectum intrinsecè afficit, vocetur passio, quatenus verò agens actu agens denominat, vocetur actio. Passio enim ut passio, & concepta sub eâ ratione, quâ distinguitur ab actione, est τὸ τρέπειν τῷ, actus patientis, ut in quo: actio autem ut actio & concepta sub eâ ratione, quâ distinguitur à passione, est τὸ τρέπειν τῷ τρέπειν, actus agentis, ut à quo.

X. Sciendum II. quod actio & passio sint in passo, non in agente, ut iterum docet Aristot. Metaph. 9. c. 9. ubi ὁλῶς, inquit, ηὐνησις ἐν τῷ παθεῖν μὲν, motus omnino in eo est, quod movetur, operatio edificandi, in eo, quod edificatur, τὸ actus texendi, in eo, quod texitur. 3. Phys. c. 3. t. 18. Οὐαρεγγύ, οὖν ὃστι ηὐνησις ἐν τῷ παθεῖν, manifestum, motum in eo esse, quod movetur. 3. de animâ c. 2. t. 140. Actio & passio non in agente est, sed in eo, quod patitur. Quod adeò verum, ut etiam actio

immanens, quæ formaliter in agente manet, à quo elicetur, i-  
psi tamen non insit, ut agens est, sed ut passum. Qvum enim  
dicitur quod actio immanens inhæreat agenti, non est sensus,  
quod inhæreat illi, quatenus est agens, ita ut ratio inhærendi  
sit esse agens, & potentia receptiva sit ratio agentis, hoc enim  
implicat contradictionem; sed is est sensus, quod actio illi rei  
inhæreat, quæ agit, & quod tunc eadem res simul agens sit &  
patiens, quamvis, juxta Aristotelem, diversa ratione. Hæc igit-  
tum propositio, actio immanens inhæret agenti, in sensu com-  
posito falsa est, quia facit hunc sensum, actio immanens, qua-  
tenus est actio, inhæret agenti, quatenus est agens, quod fal-  
sum: in sensu diviso autem est vera, tunc enim nil aliud dicit  
quam quod actio inhæreat tali patienti, quod simul etiam  
est agens.

XI. Sciendum III. quod actio denominet tam agens,  
quam patiens, illud quidem extrinsecè, hoc autem intrinsecè.  
De actione patet, qvum enim dicat essentiale respectum ad  
agens, & sit ratio formalis, per quam agens constituitur actu  
secundo agens, illi etiam denominationem tribuit, quemad-  
modum omnis ratio formalis id denominat, cuius ratio for-  
malis est: & qvū formaliter sit in paciente nō agente, extrinse-  
cè etiam illud denominat saltem. De passione eodem modo  
liquet, quoniam illa est ratio formalis patientis & illud afficit  
intrinsecè; igitur intrinsecè etiam denominat. Ita eadem ædi-  
ficatio tribuit Architecto denominationem ædificantis, ædi-  
ficio denominationem scribentis, & libro denominationem scripti.  
quo actu enim Architectus ædificat, eodem actu domus ædi-  
ficatur: quo actu scriba scribit, eodem liber scribitur. hoc ta-  
men de actionibus transeuntibus, uti vocant, accipendum:  
Immanentium vero paulò alia ratio est. Immanentes enim &  
vitales in hoc quidem convenient cum transeuntibus, qvod  
duplicē quoq; denominationē tribuunt, extrinsecā & intrin-  
secā: sed in hoc discrepant, quod intrinsecè denominant agens  
vel potentiam vitalem, extrinsecè vero objectum. ita intelle-  
ctio denominat potentiam intellectivam & objectum intelli-  
gibile:

gibile: visio potentiam visivam & colorem visum. quâ enim intellectione intellectus intelligit objectum, eadem intellectione objectum intelligitur, & quâ visione oculus videt colorem, eadem color videtur, ita quidem, ut intellectum intelligere objectum & objectum ab intellectu intelligi, oculum videre colorem & colorem ab oculo videri, sint realiter idem.

XII. Hoc igitur, sicut hactenus explicuimus, si vult Abarbanel, quando actiones nunc ad agens, nunc ad patiens, referri, illudque denominare scribit, nihil est, quantum quidem ad præsens, quod desideremus; sed tunc causam suam parum juvat. Ita enim exempla, quæ rei explicandæ adhibuit, si Regulæ superius expositæ accommodantur, illius scopo non inserunt. quod manifestum fiet, si ea consideraverimus ordine quantum itaque adlocum. Es. 56. v. 7. oratio est actus immans. hinc agenti dat denominationem orantis, objecto, orati. quâ enim oratione homo orat, eadem DEus oratur. sic Psal. 2. v. 6. Unctio est actus transiens. unde ab eâ agens dicitur ungens, passum autem dicitur unctum, & quâ unctione agens ungit, eadem patiens ungitur. nec aliter se habet subversio Jer. 49. 18. ea enim ad Deum relata tribuit denominationem subvertētis, ad Sodomam, subversæ: & quâ subversione Deus subvertit Sodomam, eadem subversione Sodoma subvertitur à DEO. nam hæc sunt realiter idem. planum itaque hoc.

XIII. Sed quando Abarbanel progreditur & vaticinum Esaiae, **מְכַאֲוִבֵּנָנוּ** morbos nostros ipse portavit, **דָּולָרֶז** dolores nostros bajulavit, ex hac doctrina declarare nititur, palā extra oleas vagatur & maximas nugas agit. Morbus enim & dolor non sunt actiones, sed potius actionum termini. De morbo constat ex Aristotele, qui eum libro Categor. c. 8. t. 1. **Δαρμάτης** vocat, & ad prædicamentum qualitatis refert. quod Medicī etiam magno consensu probant, vid. Sennert. l. 2. Inst. Med. part. I. s. 1. c. 1. de dolore autem ostendendum est. Eum Galen. quidem per sensationem tristem definit. unde Archan. Mercen. in dilucid. Philosoph. natur. p. 392. consequi putat, dolorem formaliter actionem esse quod sensatio sit actio, & sentire sit agere, ex sententia Aristotelis. Sed alii id ex Galeno colligi

posse propterea negant, quia dolorem non simpliciter dixerit sensationem, sed sensationem tristem. Unde qvum ad dolorem duo concurrant, apprehensio objecti, quatenus est sensibile, & apprehensio ejus, quatenus est molestum; volunt, dolorem formaliter non in apprehensione objecti positum esse, sed in molestiâ, quæ ex objecti apprehensione oritur. Ut adeò Galenus, qvum dolorem dixit sensationem tristem, effectum definiverit per suam causam. quem definiendi modum Aristoteles improbabavit lib. 6. Topic. c. 6. ubi dolorem ex eo negat per Αλέσανδρον vel separationem partium naturâ conjunctarum definiendum, quod Αλέσανδρος vel separatio illa sit ποιητικὸν effectivum, doloris. quicquid tamen sit, manet interim dolorem formaliter in molestiâ positum esse, qui ex objecti perceptione oritur, & propterea, perinde atque etiam morbum, nil nisi suum subjectum denominare, ut id dolere dicatur, quod dolorem sentit, non quod dolorem infert, id ægrotare, quod morbo est affectum, non quod morbum causat.

XIV. Si rautem Abarbanel se neget hoc voluisse, & propterea semet ita explicet, quod eatenus morbi ac dolores apud Esaiam dicantur nostri, quatenus eorum causa fuimus, quemadmodum Rex DEI dicitur, quem Deus instituit & regnare fecit; ne sic quidem ineptire desinit. Diversa enim est ratio, qvum Deus Regem dicit esse suum, quem Regem fecit, & qvum in rebus naturalibus efficiens sibi effectum appropriat. hoc enim sæpè ab usu loquendi adeò alienum est, ut vel aurum convitio rejiciatur. quis enim de morte Petri audiēs, mortem intelligat, quā Paulus est mortuus, & quam Petrus Paulo intulit? aut de leprā Naamanis legens, intelligat lepram, quā Gehasi laboravit, & quam munera à Naamane accepta causarunt? frustra igitur est Abarbanel, non minus, atque alii Ebræorum, quorum sententiam ipsem et supra rejicit.

XV. Ex quo manifestissimè omnibus patet, quod Judæi, quacunque tandem viam insistant, nihil tamen invenire possint, quō vel colorent saltem istud de populo suo Gentilium peccata portante commentum. quod profecto Christianorum sententiæ magnum pondus addit, dum constat, quod

Judæi

Judæi nec suam sententiam commodè explicare, nec nostram  
ullo specioso argumento oppugnare possint. Istud autem ex  
superioribus liquet, hoc paucis est ostendendum. Non majo-  
ri autem iudicio Abarbanel nostram sententiam oppugnat,  
quam suam antè probavit. quod enim Propheticum hoc vati-  
cinium de Christo accipi nequeat, ex eo deducere nititur, quia  
Propheta dicit: **לא תואר ולא נראת הור זנראתו ולא מראה**

ונחמרתו נבזהה ורחל אישים איש מכובשת זידוש  
חולין וזה שמה אמרים האלה כלם מודים טהוֹא היה  
בטבעו עכור זמכור שחורי חלוש המתג רפה ההר כביה  
זהה כלו כי מה שסופר מעניינו הוא בלתי אמיתי כי הוא  
הייה בחור וטוב נחמר לмерאה אף כי חכמייהם אמרו  
שהיות שוה המוג נאיות האיזון ואם אמר זה על  
מותו הנה כל אדם כשיימות זו אפונו ישנה ולא  
נאמר מפני זה שהייתה משחת פאיש מראהו ותאו כבניARDS  
ובן לא תאר לו ולא הור שם תארים יאקרו על  
חחי המתה המורגל שזקראהו איש מכובשת זירען

**חולין היו רחלידם** *non forma ei erat, nec decor, vidimus eum & non aspectus, quem desideraverimus. Contemptus fuit & desitio virorum, vir dolorum & expertus morbum. qui hoc enarrant, illi omnes docent, quod fuerit natura turbitus, fœdus & deformis, atrabiliarius, constitutionis & temperamenti debilis.* idq, totum juxta id, quod commemorat (Propheta) de illo. Sed hæc in Christum non conveniunt. quippe qui fuit juvenis, pulcer, & desiderabilis aspectu, adeò ut etiam sapientes (Christianorum) dicant, quod habuerit temperamentum ad pondus, & equali qualitatum gradu constans. nec est, quod velint id ad mortem Christi referre, siquidem commune hoc est omnibus hominibus, ut si mortui fuerint, faciei sua splendorē mutent. unde non potest dici, intuitu bujus, quod corruptus fuerit aspectus ejus præ viro, forma ejus præ filii hominum. ita enim forma & decor de viro dici solent. Et usitatum est, ut vir dolorum & expertus morbum is dicatur, qui talibus assuevit.

XVI. Quibus ita videtur argumentari: is de quo Propheta loquitur, fuit deformis, Melancholicus, constitutione & temperamento corporis vitiosus: sed Christus non fuit talis: E. Christus non est is, de quo Propheta loquitur. Majorem probat ex verbis Prophetæ, Minorem ex Confessione Christianorum. sed posito prophetam ejusmodi hominem describere, qui sit fœdus, Melancholicus & temperamenti vitiosi, quomodo hoc stabit cum communi sententiâ Judæorū, quod heic Propheta agat de populo Judaico secundum eum statum, in quo hodiè est? non itaque heic exprimitur naturalis constitutio nascentis, sed conditio potius & species patientis. Depingitur enim nimirum Messias, non qualis fuerit ratione temperamenti naturalis, sed qualis fuerit tempore passionis, proxime ante mortem, malitiâ & improbitate Judæorum. Is enim, licet naturali constitutione ac temperamento pulcer extiterit & desiderabilis aspectu, rabie tamē Judæorū adeò fœdatus est, ut, præ truore, squalore, ac cruciatu & doloribus, dignitas ac præstantia ejus agnosci non posset. Unde dictus est vir dolorum, non tam à consuetudine patiendi, quam à passionis vehementi sensu. quemadmodum, בָּרוֹת נֶאֱשָׁר vir mortis dicitur, nō qui assvevit mori aut etiā morte mereri, sed qui vel semel facinus patravit morte dignum: & בְּמִתְּחַנֵּן sponsus sanguinum, nō qui assvevit circumcidisti, sed qui semel fuit circumcisus, juxta Aben Esraim. quomodo autem morbum expertus sit Messias, quem tamen unquam ægrotasse, nemo dicet, explicabitur in discussione argumenti, quod sequitur.

XVII. Hoc autem quærit Abarbanel, בָּמוֹן אַכְן,

in verbis: vere morbos nostros ipse tulit & dolores nostros bajulavit. de quibus ita scribit: זה אֲלֵפְתָּו עַל נְפָשָׁות הַצְּדִיקִי שְׁחוֹן בְּגִזְעָן בְּחַטָּאת אֶרְם הַרְאָשָׁון שְׁפֵטָר וְהַצִּיםְנָשָׁבָן כִּי הַעֲנוֹשָׁה הַנְּפָשִׁי לְאַתָּה נְקִיר חָלֵי כְּשִׁיאָכ עַלְוָה הָאַתָּה וְסַלְמָן כִּי אֲפָרְדָתִי לְאַרְאָמָן שְׁאַלְוָה סְכָלָן וְנַשְּׁאַעֲנוֹשִׁין גִּיהְנָם וְפִשְׁתָּהָתָב מָוְרָה שְׁהָוָא קְבָלָן עַל

על עצמותך החלים שאסרו מכם ולכך אמר ואנחנו  
חשבנוך נגוע בכח אליהם ומעונה לבי שהזען עמו  
לא היה גורע וכובת אם יפרשו זה על כותו והיסורים  
שנתנו לו ויקשר אפרו חליינו ומכאובינו כי הנזות  
אשר היהודים סבבו לו לא היו חליים ומכאבים  
ככל שכנ באמרו ובחברתו נרפה לנו כלו יאמר  
שהירח להם חליים ומכאובי זה הוא لكم על עמו  
*quidam dicunt, quod interpretanda sint de animabus justorum, qui fuerunt in Inferno propter peccatum primi hominis, quos redemit & eduxit inde. Jam pæna spiritualis non dicitur morbus. unde etiam de eo dici non poterit: ipse portavit, & bajulavit eos. nec dicturos opinor, quod Deus portarit ac bajulaverit pœnas Infernales. nam literalis scriptura sensus docet, quod morbos, quos abstulit ab illis, portarit in corpore suo. & ideo dicit: nos reputavimus eum plágis affectum, percussum à Deo & humiliatum. propterea quod ipse corpore suo non fuit afflictus & percussus. Si autem exposuerint hoc de morte ejus & castigationibus, quas dederunt ipsi; difficultatem habebit sermo: morbos nostros & dolores nostros. nam mortis, quâ eum Judæi affecerunt, causa non fuerunt morbi & dolores. Nec minor difficultas erit in sermone: livore ejus sanitas fuit nobis. perinde enim est ac si dicat (Propheta) illos habuisse morbos ac dolores, hunc autem eos suscepisse corpore suo & portasse, unde illis sanitas obtigerit.*

XIX. Quibus, nostrâ sententiâ, hoc vult, Prophetam loqui de eo, qui passiones corporis sustinuit, non animæ, quia morbus, dolor & livor corpus afficiunt, & propterea ea, quæ prædicti accipi non posse de Christo, qui pœnas sustinuit spirituales, nec de Deo, qui corpus non habet, nec de morte Christi, qui non morbo obiit, sed violentiâ Judæorum est occisus. Quod de animabus apud Inferos degentibus profert, quoniam ex Papismo haustum videtur, eo remittimus. istud autem, an & quomodo Deus pœnas senserit Infernales, ad superiorem Cathedram pertinet. Cœtera huic includimus syllogismo: qui non est passus morbos corporis, non etiam est

is, de quo Propheta loquitur: Christus non est passus morbos corporis; E. Christus etiam non est is, de quo Propheta loquitur. Minor patet, Christus enim nunquam ægrotavit. Major probatur, quia is, de quo Propheta agit, portavit חלי, at verò חלי nihil aliud significat, quam corporis morbum. Sed negatur Major, quod attinet ejus probationem, falsissima ea est, nam חלי in Ebraismo non tantum corporis morbum significat, sed quandoque etiam animi ægritudinem, imo interdum notat in genere quamvis miseriam & ærumnam. quod dum Lexica nostra non ita tradunt, aliquo modo evolvendum est. sic autem describitur avarus Eccl. 5. v. 16. omnibus diebus vitæ suæ in tenebris comedet & in irâ multâ ubi Raschi annotat וחליו כמו וחליו ותירח כטו יוֹשָׁל & putat dici וחליו pro חיתו quemadmodum dicitur pro חיתו hoc sensu: in irâ multâ & in ægritudine. R. D. Kimchi dissentiens à Raschi putat, non esse paragogicum, sed affixum & facit hunc sensum, in irâ multâ, quæ est infirmitas & ægritudo ejus. AbenEsra sic explicat: טרוב עסיקיו ועמלו לקבץ מכון לא יאכל ער בוא הלילה ווְזַהֲמֵת מִלְאָה כעסוכחה הנפש שוזב פחר præ multitudine negotiorum suorum & laboris sui, quibus occupatur in coacervandis divitiis, non cibum capiet, nisi nocte ingruente, quod fit cum magnâ indignatione & morbo animæ, hoc est, sollicitudine & pavore. Inter quos, uti patet, quam non omnino convenit, in eo tamen conspirant, quod hoc loco non corpus spectet, sed animum. Ita quod Jer. 16. v. 4. dicit: בְּסֹתֶר תְּחִלָּאִים יִמְתֹה mortibus ægrotationum morientur; R. D. Kimchi perinde esse ait, ac si dicat, בְּחָלֵי רֻעַב יִמְתֹה, morbo famis morientur. Eccl. 6. v. 2. si quis habeat magnas divitiias, & extraneus fruatur illis, Salomon חלי רע morbum malum, vel ut vulgatus exprimit, miseriam magnam esse, ait. his & aliis locis חלי non corporis morbum, sed vel animæ ægritudinem, vel in genere miseriam & calamitatem significat, ipsis etiam Ebræis fatentibus, quorum autoritatem Abarbanel non subterfugiet. argumentatur igitur à particulari: חלי interdum significat morbum corporis E. etiam hoc loco.

XIX. Quod autem in hac Prophetiâ pro corporis morbo non sumatur, in proclivi est ostendere. Ipse enim *Abarbanel*, qvum superiùs suam exponeret sententiam, non propriè accipiendum putavit, sed Metaphoricè pro miseriâ. Hoc igitur, quod verissimum est, dum heic negat, & ita, ut scena serviat, contradictionia profert, non nostræ istud, sed ipsius causa officere debet; maximè, quando alii Ebræi à nostris stant partibus. jam autem *AbenEsra* pro nobis pronunciat, & **צער בגלות** טעם מכאובי וחלוי רום & morbi nomine accipiendam Exilii miseriā & anxietatem. Et consentit David *Kimchi*, qui **חלוי** interpretatur per **צער שהיו סובלים** h. e. per miseriā & anxietatem, quam portavit Israel in exilio, item per **עולות** jugum exilii, quæ qvum ita sint, falsum esse liquet, quod *Abarbanel* afferuit **חלוי** corporis morbum hoc in loco significare.

XX. Ut autem ipsum in præcedenti argumento non solum Linguae usus arguit, sed contra eum ipsi quoque stant Ebræi: ita fieri etiam deprehendemus, quando argumentum sumit ex particulâ v. 8. quod hoc modo proponit:

אין יאמרו שנאמלו הכתובים אלה על ישוע הנוצרי ושער מותו נאמר כי נגזה הארץ חיים כי הנה הכתוב אומר מפשע עמי נגע למשׁ ומלתּ למו היה לשון רבים ויורדים שהפרשה על רבים נאמרה לא על יהוד שאמ לא כן היה לו לומר מפשע עמי נגע לו וראוי שתדע שמעתייקי הנוצרים לברוחם מהספק non hoc est antiquo malorum, nam potuerunt dicere quod *scripturae loquantur de Iesu Nazareno*, & quod de morte ejus sint dicta, abscissus est e terrâ viventium, nam ecce scriptura dicit: à prævaricatione populi mei percussio. **למו** dictio autem habet significationem pluralis numeri, & docet sectionem hanc de multis esse ditam, non de uno. alioqui Prophetæ dicendum fuisset, à prævaricatione populi mei percussio **למי ei**. & opera pretium est, Te scire, quod translatores Christianorum, ad evitandum hoc dubium, reddiderint

voce לְמָן per ei. in quo vestigia premit aliorum. ante eum  
מפשע עמי : *AbenEsra* enim להם pro לְמָן esse scripsit.  
בא הנגע להם בעבור טלית לְמָן שחויה כמו להם  
à prævaricatione populi mei veniet plaga ipsis, propterea autem  
ipsis, redditur quod dictio. לְמָן eadem est cum dictione ר. Nec  
dissentit *Raschi*. qui si לְמָן ita plurale esse volunt, ut nunquam  
sit singulare, uti velle oportet, ne sit argumentum à particula-  
ri, turpissime hallucinantur. Non autem per Ebraismum fieri  
dicimus, ut pro לְמָן plurale pro singuli adhibetur, rei  
nempe amplificandæ causâ, quemadmodum responderunt  
Tarnovius & Trostius: sed potius, quoniam לְמָן dupli suffi-  
xo constat, מ & נ, quorum alterum pluralem, alterum singu-  
larem notat; inde etiam fieri asserimus, ut nunc de uno  
nunc de pluribus dicatur. expressè hoc docet *Michlol Kimchi*  
בז: הוּא כנוי הנסתרים pag. 266. lat. edit. Venetæ in 8. כנוי  
בהתהבר עם הפעלים והשמות והמלים וויש. מ. כנוי  
היחיד הנסתור כי הכלם והוא כמו שכתבנו יש. בו סימן  
רבים יוסימן ייחיר כי הכלם סימן הרבים הנסתרים והוא סימן  
היחיד הנסתור לפיך יכונא על הרבים ועל היחיד  
ויתחboro שניהם בכינוי הרבים כי ידברו עליהם בכללי  
מו; ופרט זכרן על היחיד פעמים est affixū plurale tertiae per-  
sonæ in compositione cū verbis, & nominib; & partitulis: est etiā  
סימן affixum singulare tertiae personæ nam מ. ו. מ. sicut iscrisimus, est  
signum plurium. ו signum unius. Tertiam enim pluralem ב., ter-  
tiam singularem ו notat. idcirco occurrit סימן de pluribus ו de uni-  
co. ו conjunguntur ambo illa in affixo plurium, quia loquuntur de  
illis in universaliter ו particulariter ו sic etiam de unico interdum. Itē  
quoque *Elias* tradit in R. Mosis Kimchi libr. 3. cap. 4.  
מו נמצאה מי לכינוי הנסתור היחיד  
pro affixo tertio personæ singulari. Etsi autem uterq; exemplum,  
de quo jam quæstio est, communi Judæorum errore, pro plura-  
li habent; id tamen nostro instituto nihil obest. sufficit enim  
quod non solum concedunt, sed etiam exemplis probant,  
modo quandoque singulare esse, ו de uno individuo dici. per quod

Abar-

*Abarbanelis argumento alterum crux frangitur. qui sic argu-*  
*mentatur: ubi affixum, לְמַן usurpatur, ibi sermo non est de u-*  
*no individuo, quale est Jesus Naz. sed de pluribus: in præsenti*  
*loco affixum לְמַן usurpatur: E. in præsenti loco sermo non est*  
*de uno individuo, quale est Jesus Nazarenus, sed de pluribus.*  
*Majoris falsitatem ex Michlol Davidis & Mahalach Mosis, Kim-*  
*chiorum, monstravimus, quia לְמַן interdum etiam est singula-*  
*re. non possunt igitur probare Rabbini, quod לְמַן heic signifi-*  
*cet plures: nobis autem singulariter sumi contendentibus*  
*expeditissima est probatio: quia omnia reliqua sunt singularia,*  
*נָבָע מִמְפּוֹ רֹא הָזָה אֶישׁ*

XXI. Et licet v. 9. nomen plurale occurrat, qvum dici-  
tur, בְּמֹתָיו in mortibus ejus, unde R. Lipmannus in Nazachon  
evinci putat, de Christo sermonem non esse, qui semel tantum  
fuit mortuus, non sæpè, qvum ita scribit: **אין הפירוש כאשר**

**דִימּו שִׁישְׁכֵי עֲבָרִי קָאֵי עַלְּ אָרֶם אֶחָד אֶלְאַ הָזָה**  
**קָאֵי עַלְּ כָלְלָה!** אֶחָד שִׁישְׁ בּוֹ רְבִים תְּרֻעָה שְׁנָאָפָר וְאַתָּה  
**שִׁיר בְּמֹתוֹיו וְלֹאֵת אָמַר בְּמוֹתוֹ וְאָרֶם אֶחָח אֵי**  
**non est explicatio, ut putant, quod Prophetia de servo prudenter agente, intelligenda sit de uno homine,**  
**sed potius est intelligenda de cœtu uno, in quo sunt multi. quod in-**  
**de cognoscet, quia dictum est: Et cum divite in mortibus ejus, non**  
**autem in morte ejus fieri enim nequit, ut unus homo aliquoties**  
**moriatur. Tamen, qvum affixum singulare sit, certum etiam,**  
**est de uno individuo sermonem esse, non de pluribus. quod au-**  
**tem in בְּמֹתוֹ in mortibus ejus, dicitur, pro in morte**  
**ejus, per Ebraismum fit, & plurale adhibetur pro singulari, ad**  
**auxesin & amplificationem, quemadmodum enim, בְּהַמּוֹתָה**  
**beluam significat, quæ ratione vasti corporis instar multarum**  
**est, & חַכְמָותָה sapientiam, quæ varia ac multiplex: ita Chri-**  
**sti mors dicitur טוֹפִים propter varias ærumnas & calamitates,**  
**& quia non uno mortis genere est extictus.**

XXII. Dum igitur Abarbanel nec suam sententiam  
probare, nec nostram evertere potest; manet Prophetam de

Messia loqui, sicuti non solum Christiani credunt, sed etiam docent Chaldaeus Interpres, & Talmudistæ, & Rabbini veteres, testante prærer AbenEsram superiùs adductum, etiam R. Mose

הנה רול פה אחר קיימוווקבלו כי: **על מלך המשיח** זכר  
*Alschech ad hunc locum: Ecce Rabbini nostri pie memorie un-  
no ore stabiliunt, confirmant & tradant, de Rege Messia [Prophe-  
tam] loqui: unde ad Messiam merito iure referimus, quod de  
Israele heic dictum Rabbini recentiores putant, quod videlicet  
ipse justus eos morbos & dolores tulerit atque sustinuerit,  
quos nos peccatores ac injusti ob peccata ferre debebamus.  
nempe sicuti Esaias prædictus: **שהיין** וְהַמְכֹאבות*

**רָאוִים אֲנַחֲנוּ לְקַבֵּלֶם כַּפֵּי פְשָׁעֵינוּ וּנְשִׁיאָו סְכָלָה**  
אָוֹתָם אֲוֹתָן אֲוֹתָם אֲוֹתָם אֲוֹתָם אֲוֹתָם אֲוֹתָם אֲוֹתָם אֲוֹתָם  
*morbos & dolores, quos ut nos portaremus, dignissimi eramus, propter prævaricationes nostras, ipse justus pro nobis tulit & portavit, ut loquitur Abarbanel in secundâ Expositione hujus Prophetiæ, ubi eam Josuæ accommodat. Ipse morbos nostros tulit, שְׁלִיחַ כְּחֻמָּתָן שְׁפָלוֹתָנוּ,*

XXIII. Per quæ hactenus deduc̄ta concidit Abarbani-  
lis commentum de illis speciebus malorum, quæ Judæos in ex-  
ilio suo passuros esse à Gentilibus, Propheta prædixerit, quoni-  
am n. heic non de Israele agitur, sed de Messiâ; quémadmodum  
quæ de morbis & doloribus sunt dicta, in Judæos minimè con-  
gruunt, sicuti visum est; ita nec ea, quæ seqvuntur, ipsis ac-  
commodari queunt. ad Christum autem si referimus, omnia  
sunt plana. Posteaquam enim Is miseriam nostram, quam Pro-  
pheta per morbos significat, in se suscepit; Deus ipsum percussit.

& ut constaret, quod id nō propter sua, sed propter nostra peccata sit passus, disertè additur מִפְשָׁעֵינוּ propter prævarications nostras, & מַעֲנוֹתֵינוּ propter iniquitates nostras, neque enim percussum D E U M interpretamur, uti Christianis Abarbanel affingit, ita scribens: סְכָה אֱלֹהִים

וְעַונְהָ רֹאֶזֶר לֹמֶר שְׁחָזָה יְהֹוָה אֱלֹהִים וְנָגֹועַ מִבְּרָחָה, volunt (Doctores Christianorum) dixi, זְמֻכָּה וּמִעֲונָה, quia fuerit D E U S & plagis affectus & percussus & humiliatus: aut etiam uti R. Lipmannus Grammaticatur: שנאמר מִזְכָּה אֱלֹהִים רְהִי שְׁחָזָה רְבָח אָרֶץ האמור כאן זלטüşם שהנבוואר קאי על אֱלֹהִים היה להוות איפכא מזקה לאחר אלקי ולא לפני אלקים quod dicitur, כוֹנְחָה אֱלֹהִי, ecce cum, qui heic commemoratur, D E U S percussit. Nam secundum eorum errorem, qui prophetiam hanc ad D E U M suum referunt, dicendum fuisset, D E U S percussus, non percussus D E U S, vocem enim, percussus, postponi oportuisset, voci, D E U S, non præponi. Scimus enim heic in Regimine positum esse, nec divinitatem Christi, quam clarius scriptura docet, inde exstruunt Christiani. sed quum dicitur percussus à Deo, id significatur, quod propterea, quia nostra peccata in se suscepit, pro iis etiam Deo pœnas dererit. unde concidit prima malorum species, quam Abarbanel commentus est. De reliquis itaque nullum negotium. Sive n. פְּנַיְם. v. 7. unde secundam exsculpsit speciem, cum vulgato interpretetur, oblatus est, ut Christus sub ratione victimæ describatur, maximè, quia sequitur comparatio agni: sive reddamus cum aliis, exactioribus oppressus vel arctatus est, ut describatur sub ratione Fidejussoris, qui propter nostra, atque adeò propter aliena debita urgeatur; nihil tamen hujus in Juðæos congruit. unde concidit secunda species. tertiam propterea rejicimus, quod sensum pervertit, &c., à judicio sublatus est, per hypallagen interpretatur, judicium ab ipso sublatum est.

vel igitur, מְעַצָּר וּמְפִשְׁבָּט לְקֹחַ de victoriâ accipiendum est,  
quod ex angustiâ & judicio liberatus sit & sublatus ad dextram  
Patris, quemadmodum multi veteres intellexerunt & B. etiam  
Lutherus, ut ita לְקֹחַ transferendi significatione sumatur,  
œu sumitur Gen. 5. v. 24. & 2. Reg. 2. v. 5. vel de morte capien-  
dum est & executione sententiæ, quod post coarctationē & la-  
tam sententiam לְקֹחַ (per crucifixionē) è medio sit sublatus.  
quemadmodum ipse Christus explicare videtur Johann. 12. v.  
31. & 32. quam interpretationē quanquam magni viri ex eo im-  
probant, quod לְקֹחַ non involvat ullâ ratione aliquam in-  
altum sublevationem; sufficit tamen, quod aliquando signifi-  
cet è medio tollere. quam significationem nemo negabit, qui  
Jer. 15. v. 15. & 1. Reg. 19. v. 14. penitus introspicit. ut ita Pro-  
pheta genus, speciem autem mortis Johannes expresserit.  
quod quartam speciem attinet, eam Abarbanel ex v. 9 deducit,  
sed ita insulsè, ut nihil supra. nam, tradidit cum impiis sepul-  
crum ejus, tantundem esse vult, atque, *sepultos indumentis spo-  
liavit, extraxit è sepulcris, & soli expositos ignominia affecit.* quod  
quis non rideat? nolumus autem definire, quid velle Prophe-  
tam putemus, in tantâ sententiarum diversitate. B. Lutherus  
hunc sensum fecit: sepultus est, ut impii, & mortuus, ut dives.  
cujus contrarium evenisse videtur. mortuum enim esse ut im-  
pium, & sepultum ut Divitē, historia Evangelica testatur. Vata-  
blus: dedit sepulturā suam cum impiis, & cum divite in morte  
suâ. & vult, mortuū in monte Calvariæ, ubi de impiis suppliciū  
sumitur sed sepultū in sepulcro divitis, Josephi ab Arimathiâ.  
quæ assertio quidē vera est, sed cum textu non congruit. Quip-  
pe qui divitem cum morte & impios cum sepulturâ conjungit.  
Junius & Tremell. per sepulchrum intelligunt sepeliendum,  
per sepeliendum autem, crucifigendum, trucidandum, & po-  
stea sepeliendum. per divitem intelligunt Pilatum. in mortes  
eorum, dictum putant hoc sensu, ut sangvis ejus super ipsos &  
ipsorum filios veniret. quæ coacta videntur. dura enim est Me-  
tonymia, sepulchri pro sepeliendo: & dura synecdoche sepe-  
liendi pro crucifigendo & sepeliendo, ut cœtera taceamus. Hie-  
ronymus & alii de vi & efficaciâ passionis & mortis Christi acci-  
piunt,

piunt & tō dedit, vel ad Messiam referunt hoc sensu: morte & sepulturā suā dedit atque lucrificat Patri suo impios & opibus potentes: vel ad patrem, hoc modo: dedit sc. Filio; propter mortem obedienter suscepit, numerosam Filiorum sobolem & in ea etiam impios ac divites, qui minus apti videbantur ad Evangelii jugum. Græci & cum iis Augustin. ac alii Patrum, volunt hæc duo, impios & divitem, item sepulturam & mortem per ἐπεξήγησιν conjungi & pro eodem sumi, ut sit sensus: tradidit eos vicissim, pro eo nimirum, quod Ipsum occiderunt, ultricibus Romanorum manibus, à quibus etiam duriter tractati sunt. manifesta sunt 70. Interpretum verba: δώτω τὸς πονηρὸς αὐτὸς ταφῆς αὐτός, καὶ τὸς πλευρῶν αὐτὸς τὸ Γαύτης αὐτός, qui sensus ex eventu haustus. reverā enim sic factum. quoniam impii Judæi Christum morti tradiderunt, idēo eos vicissim tradidit Romanis. Alii, inter quos Constant. L' Empereur in Antidoto Abarb. ita exponunt: tradidit nempe populus Judaicus cūm improbis sepulcrum ejus; sed ipse fuit cūm divite in mortibus suis. Plures tamen cūm Nostratium, tum Pontificiorum improbos pro improbitate & divitem pro divitiis accipiunt, quasi dixerit Propheta: dedit Christus impietatem nostram in sepulcrum suum, & divitias suas per mortem suam. quicquid horum sit, concidit quarta species malorum ab Abarb. conficta.

---

## COROLLARIA.

### I.

Falsum est, quod quidam scribit: syllogismos Infinitos à communi ac usitatà Regula de viare, ac ut contra morem ex meritis negativis concludunt, ita etiam contra usum, in secundà Fig. elicere conclusionem aientem.

z. Con-

2. Conceptum Entis respectu substantiae & Accidentis dicimus esse univocum, non Analogum.

3. Substantia potest suscipere denominationem quinti praedicabilis, & in propositionibus, poculum est argenteum, mensa est lignea, praedicatum non tantum respectum ad argentum importat & ad lignum, sed formaliter est substantiale, contra Toletum.

4. Existentia est affectio propria non nullarum creaturarum, physicè, sed non logicè, & enunciatio, cælum existit, est per se, per seitate physicâ, non logicâ.

5. Hac enunciatio, Equitas est animalitas, & quæ ei similes, sunt vera nec faciunt sensum formalem cum præcisione, quæ ratio quæ animal præcisè est animal, sit ratio, quæ equus est equus, contra Scotum.

6. Aliquis homo, est terminus communis & significat aliquid commune pluribus; non tamen habet rationem speciei.

F I N I S.